

locum part. CCCXLIII. scru. XXI. Similiter iuxta interualla tem-  
porum aliorum motus concernendo, habebimus annorum Ale-  
xandri locum part. CXX. scrupul. XXXIX. Cæsaris part. CXI  
scrap. XXV.

Quantus sit orbis Martis in partibus, quarum or-  
bis terræ annuus fuerit una. Cap. XIX.

**A**D hæc etiā obseruauimus coniunctionē Martis cū  
stella fulgente prima Chelarū, Austrina uocata Che-  
le, factā anno Christi M. D. XII. in ipsis Calend. Ianu-  
arij. Vidimus enim mane horis sex ante meridiē il-  
lius diei æquinoctialibus, Martē à stella fixa distantē quarta par-  
te unius gradus: Sed in ortū solstitialem deflexū, quo significa-  
batur, q̄ Mars iam separatus esset à stella secundū longitudinē  
in consequētia per octauā partē unius gradus, sed latitudinē Bo-  
ream quinta. Constat aut̄ locus stellæ à prima Arietis in part.  
CXC I. scrap. XX. cum latitudine Borea scrap. XL. Patuit etiam  
Martis locus in part. CXCI. scrap. XXVIII. habentis latitudinē  
Boream scrap. LI. Huic aut̄ temporī secundū numeratiōne ano-  
malia cōmutatiōis est pt. XC VIII. scrap. XXVIII. Solis locus me-  
dius in pt. CCL XII. ac medius Martis part. CLXIII. scru. XXXII.  
anomaliæ eccētri pt. XLII. scru. LII. Quibus sic ppositis descri-  
batur eccētrus ABC, centrū eius D, dimetiens ADC, apogæum A,  
perigæum C, eccētrotetes DB, part. 1460. quarum est AD, 10000.  
Datur autem AB circumferentia part. XLIII. scrap. LII. facto in  
B centro. Distātia uero BF part. 500. quarum est etiā AD, 10000.  
epicyclium describatur, ut angulus DBF, sit æqualis ipsi ADB, &  
coniungantur BD, BE, FE. In e quoq; centro explicitur orbis ma-  
gnus terræ, qui sit RST, cum dimetiente suo RET, ad BD, in  
quo sit R apogæum commutatiōis planetæ, t perigæum æqua-  
litatis eius. Sit autem in s terra, & secundum RS circumferentiā  
anomalia commutatiōis æqualis, quæ numeratur part. XC VIII.  
scru. XXVIII. extendatur etiā F E in rectam lineam F EV, quæ se-  
cet BD in x signo, atq; in v circumferentiam conuexam orbis ter-  
ræ, in q; apogæū cōmutatiōis uerū. Quoniā igit̄ trianguli BDE,

R ij duo